

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[CollectionBoite_007 | Onanisme. Perfectionnement de l'espèce. Police médicale allemande et anglaise.CollectionBoite_007-8-chem | \[Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles\]](#)[Item](#)[Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma \[photocopie\]](#)

Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb007_f0380

SourceBoite_007-8-chem | [Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles]

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Groddeck, Carl Theodor](#)

Références bibliographiques[Groddeck, De morbo democratico, nova insaniae forma](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 22/07/2020 Dernière modification le 23/04/2021

munis, appetitus nascuntur cōiundi vitamque susten-
tandi(1), qui in sensu inopiae cuiuspiam necessitatisque eam
explendi constant. Imagination, si satis valida, transitum
ad agendum expugnat. Sed non quaevis imaginatio hoc
robur consequitur, nec omnis in factum exit respondens.
Per peculiarem scilicet mentis nostrae praedispositionem,
quae coordinatariae motionum musculorum facultati ana-
loga est, cuiusque imaginationis in conscientiam introitu
multae quoque aliae imaginationes introducuntur, primi-
tivae non solum analogae, sed etiam, ex lege antago-
nismi in natura quoque hominis physica dominante, con-
trariae et reluctantes. Quo in mente imaginantis certa-
men producitur et prout adjuvantes aut coercentes ima-
ginationes praevalent et plus vel minus ad definitum
complexum imaginarium, qui statuit illud ego, spectant,
transitus ad actionem aut consequitur, aut intermittitur(2).

Normalis opitulantium et cohibentium imaginationum
consequutio indeque oriens pensitandi certamen per nos-
met ipsos sive reputationis ante actionem, prudentiam
constituit, quae omnis libertatis conditio est primaria(3).

Hinc jam elucet, libertatem quandam absolutam
non esse, sed modo relativam. Magno enim ineuntis
imaginationis robore et contemporanea facultatis imagi-
natoriae inertia imaginationes contrariae in conscientiam
iusto tempore pervenire nequeunt, aut brevem post im-

petum removentur atque actio sequitur sine praemedi-
tatione, in affectu, voluntate remissa, plus minusve cir-
cumscripta aut sublata imputatione. Est igitur cuiusque
sese excolentis, imaginationibus saepius reproducendis
cogitandique exercitatione contemporaneum ad actionem
excitantium et contrariarum imaginationum introitum in
conscientiam adducere. Quod officium, quamquam haud
leve est, quum saepenumero repetitum laborem et ejus
ipsius circumscriptionem requirat, qui fortasse imagina-
tionibus jucundis indulget earumque cohibitionem aegre
fert, tamen per se solum non sufficit. Altius insuper
est hoc officium, quod totalitate, in qua singuli vivunt,
imponitur, ut in complexu imaginario, qui nosmet ipsos
constituit, sensim formando illas imaginationes, quae
potissimum nos ipsos juvant, non cum damno contraria-
rum foveamus, quae totalitatem constare faciunt, ut
nos ipsos sic educemus, ut totalitati non noceamus.
Prima est educatio mentis, intelligentiae postulatam;
altera animi est educatio, postulatam moralitatis. Po-
sterior totius vitae socialis et civilis conditio capitalis
est, nam nobismet ipsis insolenter promovendis societas
bello omnium contra omnes implicatur et civitas in
chaos quoddam dejicitur. Agnitio istius coercitionis
necessariae mos est ejusque vox locuples est lex.
In vitae quidem transcurso illud ego haud raro
valde modificatur, quia post repetita certamina, quae
pari modo decernebantur, imaginationes semper rejectae
rarius tantum et levius procedunt ac postrremo ferme
plane ex conscientia excludunt, ubi illud ego longe aliud

(1) Griesinger l. c. p. 342. q. 41. § 342. q. 41.

(2) Griesinger l. c. p. 35. Müller l. c. p. 329. 330.

(3) Griesinger l. c. p. 36. Müller l. c. p. 329. 330.

